Idem Fely. in c. conſuluit coll. mihi ſexta, de offi. deleg. De iſtis vide Bart. in l. Irenachæ, libr. 10. *Drog.*

q *Sed nunquid.*] De denunciatore calumnioſo Farin. in tit de accuſ. q. 16. num 15. libr. 1. & num. 16. cum ſeq. *Roſ.*

Sed nunquid ſi reus.]

14 Denunciator † falſus ſępe in expenſis eſt condemnandus, Farin. q. 16. numer. 15. intelligitur in denunciatore priuato, & ſponte crimina denunciante: vel ob priuatum interreſſe, vel alia particulari cauſa d. quæſt. 16. num. 16.

Limitatur in denũciatore, qui ex neceſſitate officij publici crimina denunciat. Far. d. num 16.

Sublimitatur in exploratoribus, ſeu delatorib. aut ſpijs ibi, num. 17 ſed non videtur conuenire limitationi, quia ibi tenetur neceſſarario, hic voluntariè fit denunciatio.

Limitatur, vt non puniantur pœna falſi accuſatoris ibi num 18. et 19. vbi num 18. ponit, quod non ſe inſcribunt ad pœnam talionis. *Baiard.*

t *Sed ſi appareret de vera calumnia.*] Notandum hic, quod non probata querela accuſans, et proſequens debēt condemnari, abſoluto reo, & de forma inſcriptionis ſecundum ius commune infra q. 12. verſ. forma autem, ad fin. ſic. de condemnatione accuſatoris calumniantis inf. q. 62. verſic. ſed nunquid in iſtis. At de falſis accuſatoribus, infr. q. 81. verſ. Sed quæro, ad fin. vbi dixi. *Drog.*

ſ *Aliquis denunciator.*] Siue delator. Far. d. loco num. 17. *Roſ.*

ſatorio, ſcilicet expreſſio criminis, perſonarum, loci, & temporis, tenet quòd idem ſeruandum ſit in denunciatione, quòd ita accuſatione, ſubdens quòd ita etiam videtur obſeruari de conſuetudine per totũ mundum. Et ita illum refert, & ſequitur Auguſt. ad Ang. de malef. in loco præallegato, poſt num. 12. Vbi etiam ſubdit quod licet denunciator non teneatur ſe inſcribere ad pœnam talionis, debet tamen ipſa denunciatio, quam vult dare iudici, eſſe in ſcriptis. Et dicit quòd ita volunt Doctor. Et idem in effectu dicit Boſſ. in titul. de denunciat. numer. 14. & ita etiam quotidie videmus obſeruari, quia tales ſyndici nunquam ſe ſubſcribunt ad pœnam talionis, ſed tantummodo deferunt in ſcriptis ſuam denunciationem iuxta formã, de qua ſupra dictum eſt, aut ipſimet narrant eam notario, qui ipſis dictantibus illam redigit in actis.

12 q *Sed nunquid, ſi reus abſoluatur, denunciator ratione calumnię erit in expenſis condemnandus? Reſpond. quòd ſic, ita dixit Cyn. in l. ſeueriter, in vltimis verbis, C. de excuſat. tutor. Et ita tenent communiter Doct. vt atteſtatur Alber. in l. ſancimus, numer. 6. in fi. C. de iud. quem refert Gratus conſ. 92. num. 2. lib. 1. Et ita fuiſſe de facto terminatum in Ciuitate regia atteſtantur nonnulli, quos refert Catald. de ſynd. q. 182. Et dicit Guido Papæ deciſ. 269. denunciator, num. 1. quod in Curia Delphin. denuncians aliquẽ nominatim pro aliquo delicto, ſi ille ſit abſolutus, condemnatur in expenſis; ſi verò denunciat delictum in genere, non tenetur, niſi deinde ſubminiſtrauerit probationes contra aliquem, vel inſtigauerit iudicem ad eum condemnandum: ſubdens, quòd ita etiam vidit ſuis temporibus ſæpe iudicari. Sed certè quicquid ſit de iure, hodie de conſuetudine iſti ſyndici non puniuntur propter calumniam: nam ex quo denunciant ex neceſſitate eorum officij, ceſſat omnis præſumptio calumniæ, & ita de facto ſeruari atteſtatur Alber. in d. l. ea quidem, num. 9. in fin. & Amad. de ſynd. num. 85. Quod tamen ego intelligo, vt procedat quantum ad hoc, vt excuſentur à præſumpta calumnia, quæ ſcilicet oritur ex eo ipſo, quod delictum non probatur, vt dixi infr. q. 62. verſ. dixi ſupra.*

r *Sed ſi appareret de vera calumnia, tunc procederet communis opinio, vt deberet in expenſis condemnari, & fortè etiam grauius puniri iudicis arbitrio, iuxta ea, quæ dixi infra, quæſt. 81. verſicul. ſed quæro. Vbi verò eſſet* ſ *aliquis denunciator, qui non ex neceſſitate officij, ſed ſponte accederet ad denunciandum, crederem de eo iudicandum eſſe, prout de accuſatore, & ideo ratione calumniæ illum eſſe condemnandum, vt de accuſatore dictum eſt in locis præallegatis.*

QVAEST. VIII.

Quomodo contra deprehenſum in flagranti crimine procedi poſſit.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Deprehenſionem rei in flagranti crimine aperire viam iudici ad requirendum.*
2 *Et an faciat plenam probationem.*
3 *Et an reo deprehenſo in flagranti crimine dandus ſit terminus defenſionis, & copia indiciorum.*
4 *Et an requiratur ſententia.*
5 *Et quid ſi iudex oculis proprijs videat maleficium cõmitti.*

Ex Additionibus.

1 *Delinquens ſi reperiatur in flagranti, quis ordo procedendi ſeruari debeat, remiſſiuè.*
2 *Et an faciant fidem Miniſtri Curiæ, vel alij conſignantes, remiſſiuè.*
3 *Et quis dicatur in flagranti captus, remiſſiuè.*
4 *Et an quilibet poſſit capere repertum in flagranti, & ad iudicem ducere, remiſſiue.*
5 *Et an priuati ſint in culpa niſi in flagranti deprehenſum capiant.*
6 *Nuncio quando ſit credendum, & num. 8.*
7 *Delinquens in flagranti repertus abſque proceſſu poteſt puniri.*
9 *Et contra eum proceditur iuris ordine non ſeruato.*
10 *Et an eo caſu admittenda ſit appllatio,*
11 *Et an appellatione interpoſita, vel pendente termino ad faciendum defenſiones ſit differenda executio.*
12 *Et quid ſi timeatur de tumultu.*
13 *Fur deprehenſus in flagranti poteſt ſine ſententia fuſtigari.*
14 *Et quid in furibus vuarum.*
25 *Iudex an ſemper ſecundum acta, & probata iudicare debeat.*

ADDITIONES
Ad Quæſt. VIII.

a A *Lijs etiam modis.*] De materia Vulpell. reſponſ. 137. circa fin Farin. d. tit. de delict. q. 21. vol. 1. nu. 133. & quid ſi beroarij dicant cœpiſſe aliquẽ in loco ſacro. Rodol. q. 26. lib. 2. *Roſ.*

Alijs etiam modis a-
1 *peritur iudici.*] Adde, qualis proceſſus ſit habendus contra delinquentem repertum in
2 flagranti crimine, & an Miniſtri Curiæ, vel alij præſentantes captum in flagranti, ſi teſtificantur de viſu contra eum faciant fidem Andr. de Iſer. & Afflict. in conſt. humanitate, tit. de his, qui fideiuſſ. num. 27. & 28. fol. 209. lib. 2. Foller. in pract. crim. in verſi. item, quod fuit captus in flagranti, num. 12. & Farin. quæſt. 21. n. 157. vbi dicit, quòd ſi alij teſtes haberi non poſſunt, tunc creditur ipſis beroarijs, & officialibus, ſi alios non patiuntur defectus, in delictis leuibus, non autem in grauibus, vt per Boſſ. in tit. de denunc. nume. 10. in quibus non probant crimen, ſed faciunt indicium ad torquendum, Franch. in deciſ. 379. vbi de capto cum archibuſicto paruo, & ita ibi deciſum fuit per ſactum conſilium. Et quis dica-
3 tur captus in flagranti, & an ille, qui latitabat, ſed non per magnum interuallum, nullo actu extraneo in medio interueniente, & an quilibet poſſit capere de-
4 linquentem in flagranti, & eum ducere ad iu-
5 dicem; & an ſint in culpa priuati, ſi potuerunt capere malefactorem, in flaganti, & non cæperunt. uide eũdem Afflict. in conſtitu. qualit. inſtitu. ſe gerer. nu. 7. & ſeq. fol. 122. lib. 1 & uide Foller. in pract. cri. in d. uerſ. Item quod fuit captus in flagranti, ubi plenè hanc materiam tractauit, & Far. in d. q. 1. n.
6 133. cum multis ſequ. Et quando ſit credendũ nuncijs, & executoribus, vide Bero. in q. 84. Maſcar. de proba. in verb. Biruarij, concl. 189. & Paulus Granut. libro 1. Theoremat. 19. & executoribus non creditur aliquid dicentibus, quando de eorum lucro agitur, Alciat. in tractat. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 4. nu. 6. *Baiard.*

QVÆST. VIII.

1 *A Lijs a etiam modis aperiatur Iudici via, ad inquirendum, nulla querela aut denunciatione præcedente; puta, ſi delinquens ſit in flagranti crimine repertus, tunc enim non modo iudex poteſt contra eum inquirere, ſed etiam procedere vſque ad ſententiam, iuris ordine non ſeruato.*

b *Scias tamen, quòd de-*
2 *prehenſio in crimine non facit plenam probationem, ſed tantũmodo operatur, vt reus poſſit torqueri, & ita communiter tenetur, vt ait Alber. in l. defenſores, nu. 2. C. de defenſ. ciuit. Et ideò debet iudex benè aduertere, nè ſtatim procedat ad executionẽ contra eum, qui ad prætoriũ ducitur tanquam ſit deprehenſus in flagranti crimine, niſi aliter etiam conſtet tale delictum ab eo commiſſum fuiſſe. Solent itaque cauti iudices tales homines, qui ad eos conducuntur, tanquam deprehenſi in flagranti crimine, examinare: & vbi fateantur, exequi pęnam cõtra ipſos: vbi verò negent, ſtatim abſque alio proceſſu ducere ad torturam, ut eos cogant ad delictum confitendum. Et hac practica vtuntur aſſeſſores, vt dicit Ang. in l. interdum, §. qui furem, nume. 8. ff. de furtis. Et ſcias, quòd licet talis reperiatur innocens, nõ propterea iudex, qui illũ torſit, tenebitur in ſyndicatus, quia illa inciuilis ductio ipſũ ita ductum in illud periculum poſuit, vt dicit tex. in d. §. qui furem, & notar Angel. ibi. Subdit tamen Vtere hac tortura nelut homo diſcretus, ſecundum cauſam, qualitatem, & condicionem perſonæ nè aliàs, vt iudex peruerſus recipias punitionem. Hæc autem intellige, vt procedant in grauibus delictis, pro quib. etiam pœna grauis imponitur. Ceterum in leuibus delictis poteſt iudex aliquem repertum in flagranti crimine ponere ad catenam, vel berlinam, vt vulgò dicitur, abſque aliquo proceſſu: & ita ſeruari ex conſuetudine terrarum atteſtatur Ang. in d. l. ea quidẽ, num. 1. in fi. ſubdens, ab huiuſmodi conſuetudine nõ eſſe recedendum. Et illum refert Paris Put. de ſynd. fol. 287. num. 8. Et ita ſe practicaſſe atteſtatur Bart. in l. leuia, nu. 18. ff. de accuſ. Dicit etiam Angel. in l. ictus fuſtium, nu. 2. ff. de ijs, qui not. infr. quod videmus hodie ſeruari, quòd inuenti ad furandum vuas per officiales rectorum. abſq; interlocutoria, aut diffinitiua ducuntur cum uuis ad collum per ciuitatem. d Et eodem modo inuenti cum armis de facto ducuntur ad palatium, & compelluntur ad ſoluendum pœnam, antequam recedant. Idem dicit Cagnol. in l. vnica, in princ. nume. 98. ff. ſi quis iuſ. dic. non obtẽp. Adde tamen, dũmodo ille deprehenſus ſit perſona vilis: ſecus autem ſi eſſet perſona nobilis, vel honeſta: talis enim non eſſet puniendus pœna infamiæ. e Bene vidi aliquando etiam nobiles deprehenſos cum armis ſine proceſſu plecti ictibus funis publicè, & non eſt iudicio meo mala practica, quãuis Paris Put. de ſyn. fol. 339. capit. 2. poſt numerũ ſecundum aliter ſentiat, dicens, quòd tortura eſt maxima pœna, &c. & ego ſæpè vidi illam obſeruari, licet quandoque ex*

b *Scias tamen.*] Adde infr. q. 28. verſ. Dictum eſt, quæſt. 29. verſ. quæro etiam, & ibi dixi. *Drog.*

7 *Solent itaque cauti iudices.*] Adde, † quòd deprehenſus in flagranti crimine, etiam ſine proceſſu poteſt damnari, & puniri, Alexan. conſ. 275. viſo themate libro 7. Flori. in l. ſi ſer. nu. 5. verſ. ſed aduerte, ff. ad l. Falc. Marſ. in l. vnic. C. de rapt. virg. nu. 89. vſque ad num. 94.

8 Item adde, † quòd in leuibus delictis, vt quis ſit inuentus cum armis, vel ad ludendum, adhibetur fides biruarijs, ſiue executoribus, Bartol. in l. prætor ait, verſ. ſed quid debet, ff. de damn. infect. Alexand. conſil. 2. vol. 3. Roman. conſil. 414. Et in materia armorum, Carrer. in verſ. Itemque eorum, nu. 30. & Foller. in pract. crim. in d. verb. Itẽ quòd fuit captus, &c. numero ſeptimo, vbi dicit, quod probant, ſi per alios nõ poteſt probari, & hãc materiam plenè tractauit Maſcardus de probatio. in verb. biruarij, concluſ. 189. Contrarium tamen tenuit Bero. q. 84. ſed vide etiam, quæ poſui ſupra quæſt. 7. in verſicul. habes igitur, ibi. ſcilicet Beroarij. In grauibus autẽ delictis non probant miniſtri capientes delinquentem ad conuincendum, ſed ad torquendum, & ita deciſum fuit per ſacrum Conſilium in quodam reperto cum tormento paruo, vt atteſtatur Franch. in deciſione 379. volum. 2. *Baiard.*

d *Et eodem modo.*] Farin. d. q. 21. nu. 137. & 130. Et an credatur birouarijs ibidem num. 157. & q. 56. vol. 2. num. 378. cum ſeqq. *Roſ.*

e *Benè vidi aliquand.*] Attende differentiã pauperis, & diuitis, quæ locum habet etiã in adminiſtranda iuſtitiã, prout in pluribus locis huius operis reperitur, hęc differentia, infra quæſt. 39. verſ. ſed hic quæro, q. 28. verſicul. Scias autem q. 47. ver. Sed quæro, in fine, q. 60. ver. Prodeſt etiã q. 83. ver. terminos mouens, & q. 81. verſic. ſed pone, ſup. in § homic. ver. Sed quid dicendũ, Men. de arb. iud. li. 2. cẽt. 4. caſ. 393. nu. 16. text. in l. 2. ff. de term. mot. ac alibi ſæpè; piorum tamen offendit aures talis differentia, quia habetur Prouerb. capitulo 23. Non facies violentiam pauperi, quia pauper eſt, neque conteres ægenum in porta, quia iudicabit Dominus cau-